



Mineru& manum mouet.

C A P V T X X V .

Quod autem Mercurius vul-
gi habeat sulphur exter-
num & separabile de Essentia
Mercurij , vltra Gebri a & a-
liorum sapientum testimonia ,
docet etiam Experientia , h̄c &
vbique certissima rerum magi-
stra , h̄c mechanicā .

a 2. part.
lib. 2. sum.
perficit.

Immitte Mercurium mun-
dum ac purum phiolæ plani
fundi , oris angustissimi , & co-
que in arena , primò lento &
moderato igne , postea fortiori;
eo gradu , vt Mercurius ascen-
dere nitatur : quod si contingit
simplici motu , fac vt recidat ,
hac via sine vlla alia additione
præter externum ignem , sit præ-
cipitatus rubeus splendens simi-
lis illi , qui cum aqua forti ex
vitriolo & nitro præcipitatus fuit ,

Sulphur ru-
bificat Mer-
curium.

S iij

& nihil acquirit in pondere neque diminuitur, quatenus portiuncula proprij sulphuris illum mortificauit & rubificauit, sicut in aqua forti ex nitro (sulphureo) ostendi Sulphuris nimitem proprium est rubificare Mercurium, ut etiam in cinnabaris præparatione demonstravi, qui etiam nihil in pondere acquirit, quod à nostris attentè considerandum, plurimum enim interest.

Hunc præcipitatum rubrum vel per se factum, vel cuiuscunque conditionis, commisce cum sale communi; compositum hoc, vrge moderato igne, & eleuatur in sublimatum corrosuum: neque hoc loco obfuit sal acidis sulphuribus, imò sine sale ex rubro præcipitato, nunquam fieret sublimatus corrosius, ut neque Mercurius cresceret in pondere.

Sic præcipitatus ille, quem Crollius Turbith minerale appellat, quatenus fit cum spiritu

Hippocrates Chymicus. 211

vitrioli vel sulphuris non tubescit , quia parum de sulphure , vitrioli , absque nitro eleuatur in distillatione , sed propter symbolum , quod habet , agendo in sulphur Mercurij flauescit , nihilque ponderis acquisiuit , postquam aluminosus sapor aquâ calidâ ablutus fuerit .

Vires omnium dictorum præcipitorum sunt æquales , vomitus mouent , ginguas corrumpunt , & repetitis vicibus assumpti execrandum ptyalismum promouent : hinc Helmont *a* , quamdiu Mercurius vulgi reuiuficari potest , non est boni viri remedium : Nam sicut omnia pharmaca sunt venena , respectu nostri , & non excrementorum , nosque potius quam morbos adoriantur ; sic & præcipitatus vulgaris Mercurij . Hinc etiam Hippocrates meus , *b* nemo mendicatum per assumpta laxativa *b de medicamentis purgantibus* spondere audet sanationem .

Et quamuis multi affirment , quod Mercurius sine additione .

S. iiiij.

corrosoini, sed per se præcipitatus, sudores valde moneat, & ea de causa febres omnes planè, tam continuas, quam intermittentes tollat; sexiesque vel septies exhibitus, luem venereum penitus eradicet; verum non est, sed ut dixi propter suum sulphur, vt cunque diligenter viâ communi sit tractatus, semper idem est Mercurius.

Et licet sulphur, magno ingenio & arte, ab eo sequestratum fuerit; vt vacui impatiens, rursùs paruo temporis spatio, novo & simili reinduit se: docente id magistro a: seorsim, neque sibi neque ulli alijs sufficiens est; imò, præter experientiam, confirmat id Geber, reliquorumque sapientum turba: hinc admodum eleganter Aurei sœculi Author b, *Saturnus annus illius, illum ex mera ira, in id quod fuerat, iterum commutat*: Et proinde *πολεπτικὴς* hic spiritus, Mercurij nomen adeptus est. Hæc ita se habere norunt

a li. de dia-
ra.

fol. 90.

illi, qui has transferunt ærumnas.

Cum vero de argento aut alio perfecto metallo sit regeneratus ac resuscitatus ut & quod neceſſe sit mundificatus a & requisito suo præcipitatus ad rubedinem, fit medicamentum non contemnendum, quod neque purgat, neque vomitus mouet, nisi indiscreta dosi. Aurora tamen Philosophorum non est, licet irides tanquam pauonis cauda, & varij & admirabiles colores, in viti pariete, & in ipsa materia appareant, eodem fere modo, ut chalibi sulphureo contingit, sub artificis manu ad lubitum. Neque credat quisquam hunc præcipitatum esse Panaceam illam, quam vidit Crollius apud Michaelem Sendiuogium (cuius nomen expressit in præfatione b, litteris hinc inde maiusculis, sub his verbis apud Magnum aliquem cui in æternum b ne SIt, Cum primis egregium Heliocantharum bor Ea Lem, nunc in Chri-

Metallum
perfectum
esse argenti
vium, non
ignoro.

a quarum
non noxia
corpora car-
dant?
habet
Virgilius.

simile non
est idem.

b partis sex-
ta fere me-
dio.

Hoc artis
est.

sto quiescentem cuiusmodi LEN-
tis Denique consueverunt lati-
tare temporum curriculis) quia
non est per materiam primam v-
niuersalem , reductus in mate-
riam primam : quæ autem sit ma-
teria Philosophorum prima præ-
ter Hippocr. indigit nobis O-
uidius a : Tempus edax rerum,
id est, materia prima consumit
in tempore, quicquid ex ea pro-
ductum fuit ; hinc Antiqui Sa-
turnum deuorare proprios filios
dixerunt, ut testatur venerabilis
Pythagoras : omne secretum
inquit, est in Saturno: Id est, in
antiquissima & prima materia,
de qua nunc satis.

Sulphur itaque externum in
Mercurio , est causa vomitus &
faliuationis , non autem spiritus
corrosiui , quibuscum præcipi-
tatur aut sublimatur ; id probat
inunctio cum ipso Mercurio vi-
uo , qui gustui non percipitur,
sed Mercurij sulphur acidissi-
mum , quod ostendi , primò cu-
tem penetrat , acidorum more,

*a Metamor.
libr. 15.*

*Mercurij
sulphur, ve-
nenum.*

deinde perreptat ad ventriculos
seu cavitates muscularum in sanis
spiritu turgidos ab Hippocrate
sic vocatos *b*; tunc secundo sta-
tim, vel tertio die, languescere
incipiunt vngui vel sani, vel æ-
gri (nunc nimis Mercurio
perinde est) perseuerans tortor
in vngendo, donec tandem om-
nibus in ventriculis, acidum oc-
cultum, & alcali, vel facultates
ut loquitur meus Hippocrates,
quas ibidem ostendi, operantes
destruit, distemperat & alienat.
Acidum illud venenosum sul-
phuris Mercurij, absorbet ven-
triculorum alcali, & eius socium;
alias occultum, acerrimo vene-
no acidiorem, & manifestum
reddit: sic una facultas est extin-
cta, & acidum veneno multi-
plicatum, pergit operando, re-
trogrado modo agit, ac resoluit
causticorum more omne ali-
mentum, in putidum liquamen;
illud idem virtus vitalis, vel ipsa
natura (voca ut lubet) expelle-
re tentans, per loca commoda

b li. de arte.

*Catholica
Hippocra-
tica philo-
sophia un-
dique simi-
lis.*

& apta, hinc illud partim per sudores dissipat, partim purgatoriā vi per aluum deturbat, magnis torminibus. Vnde liquet, quare multi per saliuationem sanati, post longum temporis intervalum in pristinum morbum relabantur, malignā scilicet dispositione in corpore relictā

*Hunc nodū
nobis Hip-
poc. soluit.*

*Mercurij
sulphur a-
cidum.*

Dentes autem, & gingiuas, tunc occulta, at venenosa Mercurij aciditas, primario lēdit; nam ut omne sulphur habet occultum acidum, quod supra per campanam ostendi: sic Mercurius habet occultum venenosum, quod illum leni, at continuato igne, præcipitat rubificatque (sicut sulphur vulgare), quod non non solum igne, experientiā supra demonstrauit, sed etiam Geibri authoritate.

Acida autem omnia, præser-
tim putrefactiua, offendunt den-
tes & gingiuas (scorbuto teste),
dissolvuntque neruos, tunc san-
guis ibidem acescit, ac putres-
cit, omni fætore olentius, tan-
toque

toque contagio, ut & labia, eius contactu, vlcus contrahant, & intus buccæ vlcerentur: idque non solum ab eius externa vntione contingit, sed etiam Mercurius viuus in pauca quantitate repetitis vicibus per os assumptus, idem præstat, ut testatur experientia, notaruntque Rondeletius, atque Platerus. Huius census sunt Pilulæ ex Mercu-
rio viuo Barbarossæ dictæ. Hic quadrat versus ille antiquus Ma- ^{a Inscripsit.}
thesij. **a**

*Terram mercurij, producta me-
talla veneno*

*Esse ferunt, verum est, nil nisi
virus habet.*

Hinc patet quid sentiendum sit de hoc sulphure, quod hac tempestate, per quorundam Satraparum ora (nolite timere dentes; quia nec vanam nec vacuam quidem eius umbram cognoscunt) huius Regiae, sub credula firmaque pollicitatione illustris, suavis atque vitalis auræ, tristem, dirum, trucu-

a de lege,

lentum, fætidumque halitum spirat. Inde Hippocr. meus *a Imperitia malus thesaurus &c.* altâ voce exclamat.

Hic ratio reddi posset quare inauratores, & qui Mercurij fumum inspirant, plerumque temporum progressu aut tremunt, aut artibus contrahuntur, sed ne prolixior sim quam par est, ea hoc loco prætero.

Mercurius regeneratus morbi gallici Alexipharmacum

Mercurius proinde ex Argentendo aut alijs perfectis metallis regeneratus, licet per integrum annum, diuerso igne in suprà nominata plani fundi phiala coctus, nullo tamen gradu perse præcipitari posse notaui: adeoque regeneratus hic Mercurius, sulphure illo externo carere debat, mechanicâ necessitate liquet, cuius sulphuris absentia sudores mouere, ac blandè actiones suas perficere oportet, ratione sic dictante, & experientiâ confirmante. Magno autem ingenio in partes suas essentiales divisus, & reconiunctus nouo &

perfecto sulphure, tunc fit subiectum omnis mirabilitatis, ut ait H. C. Agrippa in scala vnitatis
a; sed quia de eo nunc pluribus agere instituti mei non est, nisi quatenus medicinæ inseruire debet, intra limites me continebo. *b*

Patet ergo, quod neque vitriolum, neque sulphur cuiuscumque sit generis, vel vim corrosivam, vel pondus Mercurio addat, ut nobis imponit Reformato: docendo, ob id vitriolum cantè esse calcinandum, ne spiritus pereant. His enim Mercurius in sublimatione non indiget, sed saltem humido eius sulphure, quod eleuatur, ut dixi, à spiritu nitri, amboque iuncti agunt saltem in Mercurij sulphur externum. Quod si vrgetur fortiori igne, assurgit in puluerem rubrum non corrosivum, quem Huserus & Crollius, Paracelsi Arcanum corallinum crediderunt: hi autem eius mentem non intellexerunt, errarunt in opinione; cum

a lib. 2. de occulta philosophia.

b Eia, ignoscat queso Harpoerates, quod digitus de la bello removito, amoris erga proximum stimulo agitatus, silentium ferè transilierim finies.

verò vitriolo & nitro additur sal cōmune, tunc Mercurius dissoluitur profundius, ratione sali saporis, & sublimatum albescit, fit corrosiuum, crescitque in pondere. Nonne & hic acquirit acidum, suam vim per falsum tantum itaque abest, ut illud destruat.

Sic quoque ex vitriolo, alumine, & sale petræ distillata caustica aqua, quam aquam fortem dicunt, agit saltem circa sulphur, & nisi acidi sulphurei spiritus pro parte abluantur, vel per ignem in fugam vertantur, coagulantur cum mercurio in aluminosum adstringens corrosiuum.

Hunc mercurium corrosiuum iubet Reformato miscere Emplastro de Ranis cum mercurio Vigonis a, *Absurdum inuentum esse* scribit, mercurium saliuā mortificari: quasi Ioan. de Vigo ignorasset corrodere mercurium, qui vulgaris præcipitati inuentor fuit; ea de causa & nunc

a. Pharm.
fol. 681.
*Emplastrum
de Renis
cum mer-
curio.*

vocatur, præcipitatus Vigonis. Hinc, inquam, composuit Emplastrum, ad mitigandos dolores artuum, à virilenta lue obortos, sibi persuasum habebat, mercurium esse huius mali verum Aleipharmacum: Commiscuit autem mercurium viaum cum rebus dolorem mitigantibus, quandoque bono successu: iussit itaque mercurium mortificare saliuâ; & oleo laurino, quod sit in momento quasi, & postea reliquis ingredientibus commiscere.

Hanc Vigonis mortificationem Vulgus ex
veritate
pauca, ex
opinione
multa &
fimato. cachinno excipit Reformato, euertitque textum & sententiam viri optimi, imò superaddit convitia atque calumnias, locoque mercurij viui addere docet, corrosuum sine ablutione vlla, vel ignis intentione pro spirituum fuga; sed dum adhuc est liquor, iubet axungiam & o'icum superaddi, quasi corrosuum acidum in pinguedine moreretur. Ex hoc apparet, Augustanæ Pharmacopœæ Reformatorem,

ne quidem ullam habere distinguendi scintillam. Chirurgi pro carne peregrina absumenda, commiscent mercurium præcipitatum Vigonis, qui gustu ferè dulcis, pinguedinibus & vnguentis, non ut corrosiva vis deleatur, sed ut non decidat.

Si itaque Vigonis præcipitatus, dulcis & insipidus gustui, vnguento commixtus, absumit carnem; certè hic Reformatoris causticus & rodens exulcerat, & loco, quo dolores lenire debeat, nouos generabit. Hoc est artificium quod nos docet Reformato: de quo optime dici potest illud Plauti,

Ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo.

Reuiuscit autem mercurius sublimatus, cùm corrosiva vis ab eo tollitur; id præter alcalia, facit etiam antimonium. Hoc non dissoluit aqua fortis simplex, propter admistum sulphur, ut supra ostendi, sed addito sale,

statim agit in illud , separatque
cius sulphur , ut supernat picis.
instar , & hæc in via humida.

Sic etiam in via sicca , com-
misce antimonium cum mercu-
rio sublimato , quem salsum de-
monstraui , & illico spiritus sali-
ni deserunt mercurium , & ro-
dunt antimonij regulum ; cum
verò spiritus ex retorta propel-
luntur , decurrunt saturati cum
regulo soluto in butyri forma :
quod si aquâ frigidâ abluitur ca-
dit antimonij puluis rarus , leuis ,
& candidissimus , ineptè Mercu-
rius vitæ appellatus . Cum vero
hæc ablutio sit aquâ calidâ , tunc
parum flauescit , & vocatur pul-
vis Algerotti .

Idem autem butyrum , si dis-
soluitur in spiritu nitri , qui rux-
sus , propter similitudinem sul-
phuris , antimonium etiam sul-
phureum & solutum rodit , & per
cohobia abstrahitur , posteaque
ignitur , tunc (modo suo) con-
stans permanet , & vocari cœpit
Bezoar mineralē , magnorum .

T. iiiij;

*Butyrum
Antimonij.*

*Mercurius
vita.*

*Pulvis Al-
gerottii.*

*Bezoar
minerale.*

sane morborum medela. Mercurius autem à corrosione liberatus, repræsentans alcali metallicum, saturatur ab acido quoque metallico sulphuris antimonij, & constituunt ambo occultum salsum, quod ab ignis intentione eleuatur in cinnabarim. Qui rursus cum alcali leuiori, in currentem viuum Mercurium reducibilis est, vt suo loco estendi.


Aurum itaque non soluitur sine sale in acidis; vt neque antimonium; imo neque ipse Mercurius. Ergo, sal non destruit acidam, vt nec vice versa. Mylterium operosa Minerua aperuit, quod haec tenus paucis permisum fuit.

Tandem sal, si cum acidis inimicitiam, aut occultam aut apertam haberet, id sane fieret manifestum in solo butyro antimoniali, tanto sensibili, vt si unica saltem aquæ guttula incidit in illud, statim acidi spiritus sese aquæ associant, & solutum antimonium albicat. In dictum au-

*Cinnabaris
Antimonij.*

*Ecce Rho-
dus, ecce
Saltus.*

Hippocrates Chymicus. 225
tem butyrum injice sal commu-
ne, vel artificiale, vel alia salsa,
& in quantitate, nihil sane mo-
vebitur, neque turbabitur qui-
dem; tantum abest ut illud de-
strueretur.



Dicta cum factis componit.

C A P V T X X V I .

ACidum autem quodcumque si destruitur, id sit non à falsis, ut dixi, sed ab Alcalizatis, aut eorum naturam redolenti- bus, mutaturque in aliam in- dolem iuxta acidi differen- tiam. Ut per exemplum, Re- formator docet crocum martis, quem aperituum vocat, cum acidis præparare, quem probo. Docet & aliud crocum in sola flamma, quem adstringentem appellitat; ignorans, quod & ignis flamma sit acida, vnde & hic crocus similis erit priori; hunc.

In aqua ostendi al- cali, nunc in igne aci- dum, licet rudi exem- plo, nostris tamen suf- ficit.